

Deus. Damiani. et omni sanctorum. quorum solaci-  
um hodie in conspectu tue maiestatis. re-  
ueratur. dñe deus noster tota in dihe terrarum  
et omni sanctorum tuorum quorum meritis precibus  
et meritis. ut in omnibus precationibus tue mun-  
dumur auxilio. In eundem xpm dñm nr̃m.  
Ant igitur oblationem seruitutis nostre  
et cuncte familie tue. Quiescemus dñe. ut pla-  
cis accipias. dies q̃ nostrum in tua pace di-  
cas. atq̃ ab eterna damnatione nos tripe-  
ctorum tuorum iubeas grege numerari p̃  
dñm nr̃m. **Q**uā oblationē tu deus i  
omnibus q̃s. benedictā. **A**ssumptā. **R**  
rationabile. acceptabile q̃ face-  
ris. ut nobis. corpus. **E**t sanguis. **R**  
delectissimū filij tui dñi nostri ihu xpi

MS 612



Sammelbd

Ausgn. Lth



23.

Programma

AD IVVENTV-  
TEM SACRARVM  
LITTERARVM STV-  
diosam in academia  
Iulia P. P.



HELM AESTADI,  
Typis heredum IACOBI LvcI,  
ANNO cl b cXVII



Programma

ADIVVENTV  
TEM SACRAVM  
LITTERARVM STV


diplom in academia

Julia P. R.



Helmstedt.  
Typis Petri Jacobi  
Anno d. 1774.





**D** Paulus in concione sua, quam sanato claudio Lystris habuit, inter alia sic inquit: Deus viuus, qui fecit coelum & terram & mare, & omnia, quæ in eis sunt, non passus est se esse ἀμαρτυρον, benefaciendo, dans coelitus nobis pluuias, ac tempora frugifera, implens cibo & lætitiâ corda nostra. Quibus verbis nos docet Apostolus, Deum non tantum in Verbo suo sese patefuisse, nobisq; voluntatem suam aperuisse, sed & absq; illo cum creatione orbis, tum eiusdem sustentatione, etiam gentibus barbarisq; populis maiestatem ac gloriam suam reuelasse. Manifestius adhuc id declarat Rom. 2, 20. dicens: Inuisibilia Dei ex rebus conditis intelliguntur, ex creatione mundi perspiciuntur, æterna eius cum potentia, tū diuinitas. Respexit haud dubiè Apostolus ad Psal. 19, in quo regius Vates argumentum hoc copiosissimè tractat, & cælos, firmamentum, dierum ac noctium vicissitudines, solis cursum celerissimum & admirandum, eiusdemq; intensum calorem, quo creaturas omnes infra se positas, reficit ac recreat, gloriam Dei enarrare & annuntiare, asserit. Hanc Prophetæ sententiam eruditè interpretatur Eusebius. Cœli, inquit, gloriam Dei, non græca, non alia qualibet vtentes lingua, sed

A 2                      recipi



re ipsa ornatu suo, & numero illo concentu, harmonia  
sapientissima, opificis infinitæ magnitudinis potentiam do-  
cent. Nam à magnitudine ac pulchritudine rerum, opi-  
fex ipsarum pariter consideratur. Quemadmodum autem  
hic Psalmus, quem hactenus mediocri diligentia, & quidem  
aliquantò plenius atq; ab alijs factum fuit, explicauimus, nos  
docuit, quòd totius mundi machina, elegans structura, figu-  
ra speciosa, & cæli motus æquabilis, perpetuoq; sibi constans,  
summam Dei sapientiam, infinitam potentiam, & immen-  
sam bonitatem nobis ostendant, & veluti extensis digitis  
demonstrare videantur: ita Psalmus CXXXIX, admi-  
randam ac stupendam humani corporis fabricam nobis ob-  
oculos ponit, ex qua, quæ iam diximus, non minus perspicue,  
imo multò clarius elucet. Et hac de causâ sapiens anti-  
quitas hominem *μικρότερον* appellare consuevit, quia quæ  
in vniuerso orbe *αερόδωρον* conspiciuntur, in eo *δαίμων* & lu-  
culente appareant. Vnde quoq; Abdala Saracenus olim  
aiebat, in scenâ mundi nihil spectari admirabilius homine.  
Sanè cælestia corpora, tot vicissitudinibus, varijsq; casibus  
obnoxia non sunt, atq; homines. Quia enim mente & in-  
telligentiâ destituntur, nec quicquam voluntarium in ijs  
deprehenditur, neq; etiam ipsis sunt voces ac loquela, vt ver-  
ba Psalmi habent; homine, qui intellectu imaginem condi-  
toris sui refert, ac voluntate & eloquio præditus est, longè  
inferiora sunt, sicut non vno in loco testatur S. Chrysosto-  
mus. Homil. 3. aduersus Iudeos sic inquit: Homo est toto  
mundo preciosior. Huius enim causæ & cælum & terra &  
mare.



mare condita sunt, & sol & stellæ. *Et serm. de vitâ rectâ ait:*  
Cœlo longè melior homo, & potest eius ornatu splendidi-  
orem animam possidere. *Repetit hoc serm. 18. super epi-*  
*istolam ad Rom. iisdem penè verbis.* Sicut igitur in toto or-  
be nihil est tam exiguum tamq̃ minutum, quod suo aspectu,  
suâq̃ pulchritudine & efficacîâ non ostendat autorem suum,  
siue conditorem, Deumq̃ esse arguat: ita quoq̃ in corpore  
humano nil quicquam tam exile est, quin ad inuestigandum  
& agnoscendum creatorem nostrum nos deducat, vt ex iam  
citato Psalmo, quem explicandum nobis proposuimus, ple-  
niùs cognoscemus. Nunc illud saltem consideremus, nos  
propterea erecto vultu & corpore conditos esse, ne brutorum  
more ea solummodo intueamur & appetamus, quæ pedibus  
calcamus & terimus, sed potiùs ad cælum, & Deum cœli, &  
terræ nos conuertamus, oculosq̃ corporis & mentis diriga-  
mus. Quod Seuerinus Boëthius libr. 5. metro 5. hisce elegan-  
tissimis versibus nos admonere voluit:

Quam varijs terras animalia permeant figuris:  
Namq; alia extento sunt corpore, pulueremq; verrunt,  
Continuumq; trahunt vi pectoris incitata sulcum.  
Sunt quibus alarum leuitas vaga verberetq; ventos,  
Et liquido longi spatia ætheris enatet volatu,  
Hæc pressisse solo vestigia gressibusq; gaudent,  
Vel virideis campos transmittere: vel subire filuas,  
Quæ varijs videas licet omnia discrepare formis,  
Prona tamen facies habetes valet ingrauare sensus.  
Vnica gens hominum celsum leuat altius cacumen,  
Atq; leuis recto stat corpore, despicitq; terras.  
Hæc, nisi terrenus malè desipis, admonet figura,

A 3.

Qui



Qui recto coelum vultu petis, exerisq; frontem,  
 In sublime feras animum quoq; ne grauata pectus  
 Inferior fidat mens corpore celsius leuato.  
 Et hoc etiam Ethnicos probè intellexisse, vel ex tritis ver-  
 sibus Ouidianis, quos hic repetere nolumus, notissimum est.  
 Si ergo illi, qui, vt Paulus loquitur Ephes. 2, 12. fuerunt  
 ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ, & vt eadem epist. c. 4. 28. ait, ἀπηλλοτριω-  
 μένοι τῆς ζωῆς τοῦ θεοῦ, probè hoc nouerunt, quid quaeso turpius  
 foret, quàm si Christiani hac in parte gentibus inferiores &  
 tam degeneres forent, vt potius bestiarum more, Boëthij  
 verba repeto, puluerem verrere, ac prona facie hebetes sen-  
 sus ingrauare quàm cælum spectare, & conditorem vniuersi  
 cordis oculis intueri cupiant. Hos grauitè reprehendit D.  
 Chrysostomus, orat. 1. de prouid. hisce verbis: σὺν ἐρυθρίᾳς  
 καὶ αὐτῷ τῷ σώματι τὴν φύσιν καὶ τὴν ἀνθρώπου; ὅτι ὡς περὶ  
 τοῖς ἀλόγοις, ἔγωγε καὶ ἡμῖν αὐτὸ διέτυπωσεν ὁ θεός. ἀλλ' ὡς πρέπον  
 ἦν, μέλλον ψυχῇ λογικῇ ἢ ἀθανάτῳ διακονεῖν. ἀλλὰ τί τοῖς μὲν ἀ-  
 λόγοις πᾶσι κατὰ νεύοντα ἐποίησε τὰς ὀφθαλμοὺς ὁ θεός. οὐδὲ κατὰ  
 τὸ ἐν ἀκροπόλει τῇ κεφαλῇ φέρον αὐτὰς ἐγκατέθηκεν; ἐπεὶ δὲ ἐκείνοις  
 μὲν ἔδεν πρὸς τὸν ἕρανὸν κοινόν, οὐδὲ μάλιστα τὰ ἄνω περισκοπεῖν νό-  
 μῳ καὶ ὡς τὸ θεῶν, καὶ ὡς τῆς φύσεως ἐξ ἁρχῆς ἐπέθη; ἀλλὰ τί σοι  
 μὲν τὸ σῶμα ὀρεθιον ἐποίησεν, ἐκείνοις δὲ πάλιν κατὰ νενευκός; ἔτι ἀλλὰ  
 τὴν αὐτὴν αἰτίαν πάλιν, αἰτῶ αὐτῆς τῆς ἀνθρώπου παιδείαν σε, μη-  
 δὲ κοινόν ἔχειν πρὸς τὴν γῆν, μηδὲ προσετηκέναι τοῖς παρῶσι πράγμα-  
 σιν; μὴ ταῖνυν καταπροδῶμεν τὴν εὐγένειαν, μηδὲ πρὸς τὴν τῶν ἀλόγων  
 δυσχρεῖαν ἐξολιθίσωμεν, ἵνα μὴ καὶ ὡς ἡμῶν εἴπῃ, "ἄνθρωπος ἐν  
 τιμῇ ὢν, ὁ σιωπῇ. hoc est, Nonne erubescis ipsam corpo-  
 ris naturam, & descriptionem? Non enim quemadmodum  
 feris, sic nobis Deus corpus figurauit: sed sicuti par fuit,  
 quod animo rationis participi, atq; immortalī obedire pos-  
 sit.



fit. Cur enim bestijs omnibus deorsum in terrā deiectos fabricavit Deus oculos, tibi verò in capite tribuens, eos quasi in arce collocavit? An non quoniam illis nihil cum cœlo commune est, tibi verò cum à Deo, tum à naturā ut maxime cœlestia suspiceres, lege à principio sancitum est? Quare tibi corpus celsum & rectum fecit, illis verò contrā, ad terram abiectum? An non hac via, & corporis præterea formatione, instruit te, ut nihil habeas commune cum terrā, neq; fluxis rebus adhærescas? Neq; igitur nobilitatem nostram prodamus, neq; ad bestiarum ignobilitatem dilabamur, ut ne de nobis dicatur illud: *Homo quum in honore esset, non intellexit.* Quod ut rectius caueamus, summè necessarium est, ut quisq; in se descendat, & tritum illud Apollinis oraculum, *γνώθι σεαυτόν*: quod olim aureis literis templo Delphico, quia secundum Iuvenalem è cœlo descendisse credebatur, inscriptum fuisse legimus, perpetuò in conspectu habeat, & diligenter secum perpendat. Sanè non ignoramus, animum hominis illo oraculo officij admoneri, nihilominus tamen non malè etiam ad corpus referri potest. Qui enim huius fabricam, quæ omnem admirationem vincit, accuratè perpendit, Davidem imitabitur, & pleno ore dicet: Admirabilior & excelsior est scientia tua (domine) quàm ut eam assequi possim. Item; Confitebor tibi, quia mirabiliter formatus: mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit valdè. Hunc salutarem fructum ex cognitione Dei & nostri adipiscimur. Vtramq; vnicè expetijt D. Augustinus, ut hac precatione siue exclamatione, quam haud dubiè sæpius repetiuit, testatum fecit; *ô Domine da mihi nosse te, & nosse me.* Quod quâ ratione consequamur, docet nos David iam citato Psalmo, in quo ex contemplatione nostri corporis, ad notitiam veri Dei nos deducentis, eiusdem potentiam, sapientiā, & bonitatem nos cognoscere posse, ostendit. Quan-



Quamquam autem in alijs Psalmis non paucis idem argumentum attingit, tamen in hoc illius doctrinae, ut sic loquar, sedes est. Quare mecum constitui hunc pulcherrimum Psalmum, qua poterit fieri dexteritate ac sedulitate publicè explicare, & cum ipsorum verborum sensum, tum præcipuas doctrinas, quæ ex eo peti possunt, diligenter excutere. Insistemus autem potissimum vestigijs veterum doctorum Ecclesiæ, quorum pias & eruditas meditationes bonâ fide adducemus. Adhibebimus quoq; methodum convenientissimam, quam auditoribus, & olim quoq; doctibus profuturam esse confidimus. Itaq; non dubitamus S.S. Theologiæ studiosos interpretationem huius Psalmi diligenter cognituros. Initium faciemus die crastino horâ primâ in veteri auditorio maiore. Valete.









**F I N I S.**






V 17



innumera habueras et benedixisti her  
edem. her  innumera her sa  tra  
miffia illibata.  n primus que tibi  
mus pro ecclesia tua sancta catholica  
manificat custodie. adiuvare. et regere  
ris toto orbe terrarum. una cum famulo tuo  
mon. Rege. iurō  antistite nostro  et omni  
orthodoxis catholice et apostolice fidei  
toribus.  cumento dñe famuloz famu  
q tuarū.  et omni circūstantiū quoz  
fides cognita est. et nota deuotio pio  
tibi offerimus. et qui tibi offerūt hoc  
ficiū laudis pro se suis q omnibz pro  
tione annuariū suarū. pio spe salutis. et  
incolunitatis sue tibi reddūt vota  
eterno deo uiuo et uero  omniū







ma

ENTV=

RARVM

VM STV=

cademia

.P.



ADI,

ACOBI LVCI,

cXVII